Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



88

tis. Hoc aut totum factum e: ut impleren-
tur scripture ypharum. Tunc discipuli om-
nes relicto eo fugierunt. At illi tenentes
ihm. duxerunt eum ad caypham principem
sacerdotum ubi sebe & seniores conuene-
rant. Petrus autem sequebatur eum alonge. usq;
in atrium principis sacerdotum. Et ingressus
intro. sedebat cum ministris ut uideret fi-
nem. Principes autem sacerdotum & omne conci-
lium querebant falsum testimonium contra
ihm. ut eum morti traderent. & non inuene-
runt cum multi falsi testes accessissent. Nou-
issime autem uenerunt duo falsi testes. et
dixerunt. Hic dixit. possum destruere
templum dei. & post triduum reedificare il-
lud. Et surgens princeps sacerdotum. ait illi.
Nichil respondes ad ea que isti aduersum te
testificantur. Ihc autem tacebat. Et princeps
sacerdotum ait illi. Adiuro te per deum uiuum.
ut dicas nobis si tues xpc filius dei. Dicit
illi ihc. Tu dixisti. Verumtamen dico uobis.